patet: ex aliarũ ſpecierum viſceribus / ſicut et eius oppoſita ſpecies mediatio / naſci oſtenditur. Nam ex binario multiplicatiue creſcit numero / Aut ex additiõe recepit ſubſtãtiã / Sicut mediatio a ſubtractione: et diuiſione Fit autẽ ita duplatio / proiectili cuilibet poſito: aut in linea: aut in ſpacio vnus ei collateralis addat / et facta eſt duplatio. Vel aliter et melius omnes ꝓiectiles alicuiꝰ linee / ſimul cũ eo qui ĩ ſpacio immediate ſupra ipſaz poſito reperit (ſi ibi aliquis fuerit) duplent ad latus alterius cambij / reſpectũ tamẽ ſemꝑ ad digitum habendo / Facta autẽ duplatione fiat eorum eleuatio quemadmodũ dictũ eſt ſupra de eleuatiõe. ꝓba. Media numerũ duplatũ / ſi prehabitus venerit / bene factũ eſt / ſi vero non / male duplatum eſt Cuius rei facilis / facilimum ſume exemplum.

Duplandus	Duplatus
489	978

Duplandus Duplatus Duplatus eleuatus



Quinta ſpecies

Mediacio (que a ſubtractione et diuiſione tantũ differt ſicut inferius a ſuperiori) eſt numeri propoſiti in duas partes equales diuiſiõ / In ea mediandus aut in linea aut in ſpacio ponit / Si ĩ linea / ipſo ablato vnꝰ ad ſpacium ſubſequẽs ponat / Si in ſpacio ꝓ ipſo leuato duo